195

STATVA MNEMOSYNES,

VIRO,

DVM VIVERET,

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,

DOMINO

JOHANNI Lütken/

INCLVTÆ REIPVBLICÆ THORVNIENSIS

PRÆCONSVLI ET PRÆSIDI

LONGE GRAVISSIMO,

PATRONO HONORATISSIMO,

A.D. XIX. SEPTEMBRIS. ANNO CHRISTI M. DCCIV.

PLACIDE REBVS HVMANIS EXEMPTO,

ET DIE XXIIX. EJVSDEM MENSIS,

QVI IN XIX. TRINITATIS DOMINICAM INCIDIT,

SOLENNIORI FVNERE

IN CRYPTAM MARIANI TEMPLI LÜTKIANAM INFERENDO,

GRATA MENTE ERECTA

A

GYMNASII THORUNIENSIS

RECTORE ET PROFESSORIBVS PVBL.

THORUNII,

EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASII.

Artige *Fata!*
Theils Verwandten haben beydes Glück und Unglück mit einander gemein.
Wie einer / also steigt und fällt zuweilen auch der andre.
Ein Beyspiel hiervon zeigen uns die Edlen Herrn Lütken /
Die / wie im Leben / also auch im Tode / einander Gesellschafft geleistet haben.
Man sehe!
Gleiche *Meri*ten erworben Ihnen anfangs gleiche Ehren.
Nach deme Sie theils als *Secretarii*, theils als Rath-Männer / sich wol verdient
erlangte Herr Salomon *Anno* 1697. Herr Johann *a.* 170[illegible] (gemacht/
Die hohe Verwaltung eines *Præsiden*tens.
Was dem Ersten das frühzeitige Ableben versagt hatte /
das solte des Anderen Lebhafftigkeit nachhohlen und ersetzen.
Nicht lange hernach hemmten fast gleiche Zufälle Ihre löbl. Amts-Verrichtungen.
Der Erste verlohr über alles Vermuthen sich selbst /
als Er *a.* 1697. die Königl. Polnische Fr. Wittib allhier im Nahmen gemeiner Stadt
unterthänigst bewillkommen solte:
Der Andre verfiel in unbegräntzte Bestürtzung /
als Ihme anderweitige Königl. Abfertigungen letzlich allzu schweer fallen wolten.
Sie erwiesen also mit Ihren denckwürdigen Exempeln /
daß ein Mensch weder der Sonnen Glantz / noch des Orkans Sturm /
allemal mit gleichem Muthe vertragen könne.
Endlich sahe man Sie auch an gleichem Leibes-*Affect* erblassen.
Ein harter Schlag-Fluß raubte jenem gantz eilig / Diesem nach und nach / das Leben.
Gleiches Geblüte beschloß seine *Circulation* mit gleichem Geschicke.
Dessen ungeachtet aber wolle Sie / Edelste Frau Wittib /
von sothaner Gleichheit keine ungleiche Gedancken fassen.
Sie weiß /
beydes Ihr Seeliger Eh-Herr / und Sein Edler Herr Vetter /
lebten / als Sie noch lebten / demjenigen / der nach diesem ein anders Leben
zu verleihen weiß:
Und als Sie jetzt sterben solten / starben Sie auf dessen Todt /
der durch seinen Todt unserm Tode die Macht genommen hat.
Auser Zweiffel ist es nun /
Sie werden beyde / wie im Leben / also auch nach dem Tode / gleiche *Fata* geniessen.
Ihres Seeligen Herrens Zustand / und Ihr bester Trost /
erhellet kürtzlich aus diesem Wort-Wechsel:
Der vielgeplagte Herr Lütke kü(h)let sich nunmehro /
wo keine Plage mehr erhitzen kan.
(Lütke. *per anagr.* kület.)

Aus gebührendem Mitleiden aufgesetzt
von
M. George Wenden.

VOx hæret, gemitum per mœsta silentia ducit,
Et lacrymas oculus fundit uterqvè suas.
Cum præter privata mali discrimina mundi,
Publica nos miseros fata maligna premunt.
Non unum nostris aptat cervicibus ensem
Funestum bellum, qvod furiendo furit:
Qvæ pariat vastis incommoda tristia terris,
Nullius fari lingva diserta valet;

Sub-

Subjicimur densis infinitisqvè periclis,
    Hostis & incerti præda petita sumus;
Ni DEUS ex alto nostras defenderit oras
    Auxilio firmo subsidioqvè suo.
Sed nova nunc oritur messis surgitqvè dolorum,
    Dum cadit in nostra *Præsidis* urbe *decus*.
Qvid dicam? recte servavit pondera Juris,
    Juris-Consulti munia rite seqvens,
Qvæ qvondam sanxit sacræ *Stigelius* artis,
    Et *Rittershusius* Jure peritus amat:
Non ut divitiis, non ut sis splendidus auro,
    Non ut sis tituli magnus honore tui.
Non ut Sarrano videare superbus in ostro,
    Dandam operam sacris Legibus esse putes;
Verum ut Justitiæ possis servire, tuoqvè
    Officio præsto Civibus esse tuis.
Hunc tibi proponas finem, sic illa seqventur
    Omnia, qvæ verus præmia poscit honor.
Hoc cum sit noster *Proconsul* fine potitus,
    Invenit finem vitæ animæqvè suæ.
Lugentem Viduam, mœstam Natamqvè, relictas
    Soletur summi gratia sancta DEI,
Substituatqvè Virum prudentem tempore certo,
    Urbis qvi nostræ damna levare qveat!

Honori sempiterno Beatissimi DNI. PROCONSULIS *dicavit*
M. MARTINUS Böhm.

Digitus intenditur ad dictum Themistoclis ap. Ælian.
Variæ Histor. l. 9. c. 18.

NOnne tibi lymphata fuit mens, magne Nioclis
    Nate Themistocles, spes Patriæ atqve Patris?
Munus damnasti, delatos spernere honores
    Ausus es, atqve Viro dicere digna minus.
Priscorum, qvæso, canos evolvito fastos
    Qvisqvis es, in nullis talia verba leges.
Demonstretnr, ait, *duplex via, ducat ad orcum*
    Una, in qvo regnant pallor & atra fames:
Altera qvæ ad Sceptrum sacrum Codriqve Tribunal,
    Ad titulos, trabeas, ducat ad omne decus.
Hanc alii teneant læti sperentqve serena,
    Illam ego præponam, gratior illa mihi.
Qvid tibi fecit honos? Eccur sic despicis illum?
    Et præfers orcum luctisonasqve domos?
Sic calcatur honor tantus, qvi proximus ipsis
    Creditur esse Deis, munus & esse DEI?

Hæc

Hæc causa est dicti, multum jactatus Athenis,
Hicce Themistocles cive furente fuit.
Testarum vires expertus, tristis oberrat
Exul, nec Patria contumulatur humo.
Non raro effreni violantur dente Theonis,
Qvi præsunt urbi qviqve tuentur eam.
Vile caput surgit, meditata & scommata vibrat,
Sit madidum, siccum, si modo bile tumet.
Panderet & Noster qvæ sensit plurima Præses,
Si reserata foret lingva ministra Viri.
Derisas, spretas deformatasqve secures,
Servili titulo diceret esse suas.
Sic qvando terras divexat ferreus hostis,
Nil est intactum, qvis solet esse pius?
Prævidit morsus, decoravit fletibus ora,
Dum caperet fasces, Patria cara, tuos.
Alea jam versa est, victrix patientia facta est,
Non insultabit torva bipennis ei.
Non eqvites, pedites metuit, non Martia castra,
Agni dum seqvitur castra qvieta DEI.

Studium & pietatem suam declaravit istis
JOHANNES REZIK, P.P. & Visit.

GAudia nos fugiunt, qvotqvot percepimus olim.
Pectora multorum luctus & angor habet.
Non natura modò tempestates variat nunc;
Ast etiam mutant Fata repentè vices.
Ostendit varias murorum urbs nostra ruinas,
Cives privata & publica damna dolent.
Hæc Urbis Præses dum conatur reparare,
Confectus curis atqve labore cadit.
Non fallor dicens hunc æqviparasse Solonem,
Qvem mirata fuit Græcia tota virum.
Hic libertatem cum vellet reddere Athenis
Devictis, prorsus nil tamen efficeret,
Curiæ ad introitum posuit scutumqve sagumqve,
Effatusqve fuit talia verba gemens:
Te dictis factisqve meis, ô Patria, juvi:
Nunc cum nil valeam, præstat abire domum.
Nec justo caruit Præses conamine noster:
Fata adversa tamen flectere non potuit.
Immodicis mundi curis sic sponte relictis
Sola fuit sanctæ cura salutis Ei.
Hunc curis imitare tuis, attente Viator!
Nam justè curat, qvi velut hic moritur.

scr.
M. MARTINUS BERTLEFFIUS, P.P. & Visit.